255

moti condemnationis Officium praesens Castrense Capitan Branscense visa et considerata citator clamat et non comparentium contumacia et temeritate iuri communi et parti Actoreae affectori ac contentis citonis inhaerendo super praedictis citatis et bonis eorum omnibus poenas legum Regni videlicet Infamiae decernit Et ad publicandum Mtem Gen Regni Providum Balthazarum Piotrowski addit et deputat. Qui quidem Mtis praefatus eius sua deputationis referens et eloco publicationis rediens quoniam recognovit se praefatam poenam Infamiae super praedictis citatis et bonis eorum omnibus in foro civitatis Branscensis alta sua praeconica et sonora voce in praesentia et conspectu multorum hominum probene congregatorum publicasse proclamasse et notitiae omnium debitae deduxisse. Et hinc Officium prs causam hanc cum toto eius effectu ad Officium seu Judicium quodvis ubicunq ijdem Infames deprehendi et conveniri poterint pro ulteriori Executione a persona et bonis eorum praemissorum ratione facienda remittit Decreti praesentis rigore.

Perkowska et Piotraszkowa Banniti

Super citonem literalem Castrensem Capitan Branscensem tenoris in haec verba currentis Franciscus Joannes in Kłoczow Lesnowolski Branscensis etc Capitaneus Vobis Nbus Hedwigi olim Mathiae Domanowski conti Nobilis Alberti Perkowski et Dorotheae filiae olim Leonardi Krasowski consorti Nlis Gregorij Piotraszko in Domanowo certarum sortium possessoribus seu tenutoribus ex omnibus bonis vestris rigore Regio et nra Capti authoritate mandamus Ut in Terminis Querellarum ac causarum Officij Capitan Castren Branscen fra secunda in Curia Regia Branscensi post datam et ponem praesentis citonis proxi celebrandis pate et peremptorie compareatis. Ad instantiam Instigatoris Judicij

praesentis et ipsius Delatoris Generosi Joannis Skinski Notarij Castrensis Branscensis et Exactoris Terrae Bielscensis ac Nium Casimiri olim Stanislai Dzierzek de Domanowo et Nis Annae filiae olim Joannis Kurzynski invicem coniugum Actorum qui Vos praesertim Anna maritata cum ipsa eiusdem sui mariti Vos maritatas cum marito rum suorum authoritate citat ideo. Quia Vos non metuendo paenas contra retento res contributionum publicarum Constitutionibus Regni sancit contributionem publicam Vicesimam agrariam de bonis Domanowo ex medio manso per Vos possesso in praefatis bonis Domanowo consistenti non dedistis neque curatis neque ad manus Exactoris neque ad Actores pro Vestro interesse componere imo circa se detine tis et detinuistis per quod in paenam Banitionis et triplicis pensionis ac con fiscationis bonorum incidistis ad quam decernen et per Nem publicandam citamini Juste sibi responsuri et Terminum atturi Datum in Curia Regia Branscensi feria sexta ante Dominicam Misericordia proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Cuius quidem citationis praedicta copiam sigillatam Nis Generalis Regni Providus Joannes Siekacz ab una integra ante Terminum praesentem septimana in bonis Domanowo citatorum propriis po suisse et de positione publicasse recognivit. Supradicta pars Actorea memoratos citatos Ad officium praesens per Nem Generalem Regni Providum Baltha zarum Piotrowski ter et ultra iuris formam Vicibus quatuor clamat et non comparen ex Regni ordine admissione Officij praesentis in paena Banitionis Juste condemnavit. In rem autem eiusmodi condemnationis Officium praesens Castrense Ca pitaneale Branscense visa et considerata citatorum clamatorum et non comparen tium contumacia et temeritate iuri communi et partis Actoreae affectationi ac contentis citationis intendendo super praedictis citatis et bonis eorum

omnibus poenam Banitionis et de Regno Poloniae Dominijsq eidem annexis
proscriptionis decernit ipsosq citatos iam exnunc Bannitos et de Regno
Poloniae Dominijsq eidem annexis proscriptos pronunciat. Et ad publi-
candum Ministerialem Generalem Regni Providum Balthazarum
Piotrowski addit et deputat. Qui quidem Ministerialis praefatus
vis suae deputationis referens et e loco publicationis rediens recognovit
se praefatam poenam Banitionis super praedictis citatis et bonis eorum obtentam
alta sua praeconica et sonorosa Voce in praesentia et conspectu plurimae Nobi-
litatis et Variae conditionis hominum publicasse in foro oppidi Branscensis
proclamasse et notitiae debitae omnium dedisse. De quo eiusmodi Rela-
tionem ad Acta praesentia fecit.

Horodzinskich Desolationis Juramentum

Nobiles Josephus olim Joannis Horodzinski et Ilias olim Pau-
li Horodzinski de Horodniany Juramentum super Veram desolatio-
nem quatuor mansorum quod nec arari nec seminari possint nullumq
commodum ex eis habeant in facie Officij praesentis Castrensis solen-
nitate Juramentorum praestiterunt quod eis est in Acta praesentia
Castrensia Capitanealia Branscensia inscriptum et exhibitum.